Augsburg, um 1476

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8447
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



xxvi

ns eius cui obedistis sive peccati in morte sive obedicionis ad iusticiam. Gracias autem deo. quoniam fuistis servi peccati obedistis autem de corde in eam formam doctrine in qua traditi estis. Liberati autem a peccato servi facti estis iusticie in quo ibundo uno nro. Sim.

Illo t. D. d. i. d. suis Lucam.

Qui fidelis est in minimo et in maiore fidelis est et qui in modico iniquus est et in maiore iniquus est. Si ergo in iniquo mamona fideles non fuistis quod verum est quis credet vobis. Et si in alieno fideles non fuistis quod vestrum est quis dabit vobis. Nemo servus potest duobus dominis servire. Aut enim unum odiet et alterum diliget aut unum adherebit et alterum contemnet. Non potestis deo servire et mamone. Audiebant autem omnia hec pharisei qui erant avari: et deridebant illum. Et ait illis. Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus: Deus autem novit corda vestra quia quod hominibus altum est. abhominacio est apud deum. L. c. b. petri apli.

Rmi. Nolite peregrinari a dno in feruore qui ad tempta cone vobis fit qui novum vobis aliquod contingat: sed communicantes xpi passionibus gaudete ut et in revela cone glie eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini vobis in nomine xpi beati estis quoniam quod est bonoris glie et virtutis dei et quod eius spiritus super nos requiescet.

Eiusdem. xxvi Vesperarum facto. Oratio.

Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime et misericordia manifestas multiplica super nos gratiam tuam: ut ad tua promissa currentes celestium bonorum facias esse consortes. D. Lectio ad Corinthios.

Fres. Scitis quoniam cum adhuc gentes essetis: ad simulacra muta prout ducebamini euntes. Ideo notum vobis facio. quod nemo in spiritu dei loquens dicit anathema iesu. Et nemo potest dicere dominus iesus nisi in spiritu sancto. Divisiones vero gratiarum sunt: idem autem spiritus. Et divisiones ministrationum sunt idem autem dominus. Et divisiones operationum sunt idem vero deus qui operatur omnia omnibus. Unicuique autem datur manifestacio spiritus ad utilitatem. Alii quidem per spiritum datur sermo sapiencie. Alii autem sermo scienciae secundum eundem spiritum. Alteri fides in eodem spiritu. Alii gracia sanitatum: in uno spiritu. Alii operacio virtutum alii prophecia. Alii discrecio spirituum. Alii genera linguarum. Alii interpretacio sermonum. Hec autem omnia operatur unus atque idem spiritus dividens singulis prout vult. Gr. xxvii Custodi me domine. Alla. V. Exultate deo adiutori nro iubilate deo iacob. V. Sumite psalmum iucundum cum cytharam.